

imp. Caes. Nervae Traiano Aug. Ger. Dac. p. m., tr. p., cos. V, p. p. s. p. q. R. optimo principi: via Traiana), ubi mulier rotam genibus sustinens viam significat vehiculis aptatam esse, et tegula ex ponte quodam huius viae extracta (infra n. 6011). Nomen postea quoque mansisse diserte testatur nummus singularis sub nomine Traiani cusus tertio saeculo (Cohen Trai. n. 553) inscriptus imp. Traiano pio fel. Aug. p. p. et via Traiana, et manet quodammodo adhuc. Nam Pratillio id affirmanti (App. p. 432) ne diffidas, facit testimonium minus suspectum Iaconi (supra p. 27): *questa è notizia mia data all' autore, che l'ho ricevuta da notari di Ruvo e di Terlizzi, li quali oggi giorno menzionando li confini dicono ancora via Traiana*. Curatorem ordinis senatorii quamquam habuisse videtur imperante Traiano (Henzen syll. n. 5454; cf. Borghesi opp. 4, 134), postea viae Traiana et Aurelia Aeclanensis teste titulo Dacico (vol. III n. 4456; cf. infra p. 604) fuerunt sub curatore equite Romano, idque rationem habet, cum Traiana licet illustris tamen non fuerit inter vias ad ipsam urbem Romam pertinentes et milia numerata sint non ab urbe, sed a Benevento. — Itineraria viae Traianae Peutingeranum Antoninianum Hierosolymitanum supra proposuimus Bene-

vento Barium p. 26 n. II, Bario Gnathiam p. 25 n. I, Gnathia Brundisium p. 1 n. I convenientia in universum cum via enarrata ab Horatio et Strabone; hoc loco mansiones breviter repetemus interpositis per singulas titulis miliaris et si qua alia adnotanda supersunt. Inscriptio primaria Traiani cum in plurimis cippis extet repetita, ut in solo n. 6005 pontes accedant, praeterea praeter numerum ad versus usque distributionem (excepto uno n. 6053) omnes concordent, non sustinimus singillatim recensere, quid in quoque temporum iniuria et descriptorum incuria corruerit, sed integrum et perfectum exemplum semel edere satis habuimus, exemplaria autem corrupta ubi adscribere utile visum est, maxime ut distinguerentur cippi diverso modo fracti, eis locum dedimus in adnotatione. Denique ne eos lateat quorum interest, addo Iaconum in adnotatione scripta sibi vindicare dimensurationes Appiae quas refert Pratillius App. p. 33 sic: *Per quante misure da me sieno state fatte, non mai la larghezza (viae Appiae Traianaeque) è maggiore di palmi 54 nei luoghi piani, nè minore di palmi 25 ne' luoghi più sassosi ed erti, come a gran stento scorder si è potuto, facendosi in più luoghi scavare anche da' valentissimi amici.*

Benevento Forum novum

m. p. X

5998 Arcus Beneventani collocati in ipso principio viae Traianae ante portam quam dicunt auream inscriptionem dedimus n. 4558. Errore Pacichellius (*lett. fam.* 4, 58) columnarum Traianae inscriptionem numero nullo adscripto refert tamquam lectam in ipso arcu.

5999 Beneventi in domo, quae Verusii tempore fuit primicerii Volpe, nunc est dominorum Capobianco marchionum Carife COLLE DE VITA. Iam in lyceo.

(numerus deficit)

ut n. 6003

Recognovimus Dressel et ego. Ex Verusii ms. Berol. affert Garruccius diss. arch. 4, 88, sed in eo non legitur. Idem diss. arch. 4 p. 188, Ben. p. 48 a Colle de Vita habuit et ipse quoque vidit.

Nos excepimus sic: ...AR | .AE·F | ...NVS | ...NCIC | ...TR·POT | ...S·V·P·P | | ...ENTO |
..CVN | Verusius dicitur referre sic: ... | ...CAESAR | ...E·F | ...

6000. 6001 Beneventi ad domum Augustini Iammi medici GVALT. Hodie nel Cortile dei bagni.

6000 (numerus deficit)
ut n. 6003

6001 DDD NNN THEODOSI
ARCADI ET honor
AVGGG BONO rei p. nat

Recognovit Dressel. Gualterus n. 453; Garrucci diss. arch. 4 p. 90, Ben. p. 50.

Traiani titulum sic excepit Dressel: / / / / / | / / / / \ \ E / | / / / / ANV / | AVG G // DACIC // | PONT MAX
TR POT | XIII IMP VI COS V | / / / / | VIAM // NE // | BRVNDISIVM // | SVA // . In altero 4 DDD NNN
IH Dressel, DDD NNN FFF LLL Garr. — 3 BONO Garr., BON Dressel. Gualterus eum sic praesentat: FI...NA... | ARCADI... | \V..CO..BONO...

6002 [= 6294 a] Beneventi nell' osteria vicino la casa de' Moscarelli (Lucarelli DE VITA in ed. errore) NICASTRO et inde PACCA, DE VITA. — Sine loco VERVS.

D · D · D · N · N · N · THE
ODOSII · ARCADI
ET · HONORII

Servavit Verusius Rom. f. 81, Ber. f. 13. Inde omnino Nicastro ms. 3 c. 8; Pacca ms. B p. 19; de Vita syll. ms. 3, 41, ed p. 285 et cl. 5 n. 11.

6003 Beneventi in quadam columna inter ruinas RED.; in columna domus Costabilium (sic TAVR.; 'D. Gulielmi de Const.' vocabulo non perscripto IVCVNDVS) IVC. TAVR.; vicino a Porta Rettore ACC.; in caupona vicina Portae Rectoris GVALT. similiterque VERVS. Ad S. Deodati PACCA (significans duo alia exemplaria vidisse se minus plena, scilicet ni fallor n. 6000 et n. 6004), DE VITA. Adhuc ibidem prope portam Rectoris non longe a diruta ecclesia S. Deodati in caupona GARR. Ibidem est, via della Dogana n. 44. — Stetisse ad portam Rectoris usque ad terrae motum a. 1688 ait Ioh. NICASTRO notizie della via Appia ms. et apud Pratillium App. p. 28 errore; haec enim mansit manetque. — Romae APIAN. Sine loco PANVIN. MANVT. LIGOR.

V

I M P · C A E S A R
D I V I · N E R V A E · F
N E R V A · T R A I A N V S
5 A V G · G E R M · D A C I C
P O N T · M A X · T R · P O T
X I I I I M P V I C O S V
P P
V I A M A B E N E V E N T O
10 B R V N D I S I V M P E C V N
S V A F E C I T

Recognovimus Hirschfeld, ego, Dressel. A communi auctore pendent codex Redianus f. 118 n. 20; lucundus rec. 3 (cod. Cicognae f. 199) Ben. n. 4; Laelius Taurellus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 366' (inde opinor Apianus 202, Panvinus fast. ad a. 863, Manutius orth. 110, 2, Ligorius Taur. 3, cod. Barb. 30, 125 f. 24'. 26). Hi omnes numerum omittunt nec certum est referri ab iis hanc ipsam columnam.

Paglia (cod. Vat. 5244 p. 584) huiusmodi lapides multos ait in Apulia inveniri; locos ipsos non enuntiat nec numeros adscribit. Ex hoc lapide Francus (cod. Cicogn. 883) n. 4 (unde Gruterus miliario Ausculano n. 6016 sine numero sibi tradito praescripsit V); Accursius I n. 24; Vallambertus apud Metellum et l. c. et f. 364b'; Gualterus n. 30; Verusius Rom. f. 15, Ber. f. 8; Fr. Pacca cod. B p. 31 (inde de Vita p. 175 et cl. 5 n. 3; ex eo Donat. 243, 7); Rossi l'arco Trai. di Benev. vol. 2 n. CCXVI; Garrucci diss. arch. 4 p. 86, Ben. p. 46.